Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



14

ecclesiam et ad sempiterna premia perducant P.
Alia Grata tibi sint domine munera quibus
mysteria celebrantur nere libertatis et vite P. Comm.
Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius
emanuel Postcomm. Salutaris tui dne munere lactati
supplices deprecamur: ut cui letamur gaudio
renovemur effectu P. Ad vs. S. ad scos apls
Prope esto dne et omnes vie tue veritas invocabo te cognovi de
testimonijs tuis quia in eternum fundasti eos Ps. Beati immaculati
in via qui ambulant in lege dni Collecta Excita do
mine potenciam tuam et veni: ut hi qui in tua
pietate confidunt: ab omnibus adversitatibus liberentur
Et dicet dns Egredietur virga de radice yesse et flos de radice
eius ascendet: et requiescet super eum spiritus dni:
spiritus sapiencie et intellectus: spiritus consilij et fortitudinis:
spiritus scientie et pietatis: et replebit
eum spiritus timoris dni Non secundum visionem oculorum
iudicabit: neque secundum auditum aurium arguet:
sed iudicabit in iustitia pauperes Et arguet
in equitate pro mansuetis terre Et percutiet terram
virga oris sui et spiritu labiorum suorum interficiet impium Et erit iustitia cingulum lumborum
eius: et fides cinctorium renum eius Gr. Ostende
nobis dne misericordiam tuam et salutare tuum da nobis V. Benedixisti
dne terram tuam avertisti captivitatem iacob Sc̃m Lucam
In illo tempore Exurgens maria abiit in montana
cum festinatione in civitatem iuda: et intravit
in domum zacharie et salutavit elyzabeth.
Et factum est ut audivit salutacionem marie
elyzabeth: exultavit infans in utero matris